



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

53 Delegati jurisdictione, ubi causae cognitio requiritur, per sola[m]
citatitione[m] perpetuatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

non possunt, nisi prius ab eisdem, tanquam Sedis Apostolicae delegatis, summarie tantum, & extra judicialiter cognoscatur, expressas preces subreptionis, vel obreptio-
nis vitio non sub jacere. concil. Trid. cap.
§. de reformat. sess. 22. & decretum illud,
quod solet in litteris dispensationum ma-
trimonialium poni, ut nihil muneris, aut
præmii, etiam sponte oblati, accipi possit
pro illarum executione, ita intelligendum
est, ut neque Ordinarius ipse, neque vica-
rius ejus, quidquam prorsus, etiam pro
mercede laboris, quem in eare suscep-
tent, capere possint, notarii verò pro exa-
mine testium quartam aurei, seu ducati
partem licite accipere valent, nec ultra ra-
tione t. x. etiam ab immemorabili tem-
pore, nec ratione sigilli, vel alterius rei, &
ita declaravit Greg. Papa XIII. ut in decis.
sacri conc. super eo. c. 5. §§. 22. §. cognosca-
tur, & §. notarij verò, ubi congregatio
etiam ita decidit.

50 In commutationibus † ultimorum voluntatum auctoritate Apostolica con-
cessarum, Episcopi eadem auctoritate, tan-
quam Sedis Apostolicae delegati, summa-
& extra judicialiter cognoscere debent,
an in precibus quidquam, tacita veritate,
vel suggesta falsitate, fuerit narratum, pri-
usquam commutations executioni de-
mandentur. concil. Trid. cap. 6. ead. sess.
22.

51 In litteris Apostolicis † informa, si in
evidentem, & monitorialibus pro occul-
tis, Apostolica auctoritate concessis, Or-
dinarii pro illarum executione delegantur,
& in omnibus causis, & casibus, tam gra-
tiam, quam justitiam concernentibus, que
à sede Apostol. Episcopis committuntur,

auctoritate delegata procedunt, ut tot. ille.
de off. de leg.

Jurisdictio enim delegati, ubi causæ co-
gnitio requiritur, † per solam citationem
perpetratur. c. gratian, & gloss, in cap. re-
latum. ext. de off. de legat. clem. 2. & ibi
glossa, in vers. ad partem. & Abb. n. 6. ut lit.
pend. sed ad inducendam litis pendentiam
non sufficit citationem emanasse, qui re-
quiritur etiam, quod pervenerit ad par-
tem, ut per eandem gl. & Abb. ubi supr. Fe-
lyn. in cap. causam, que. il. 2. num. 19. de
test. & Guido pap. q. 421. num. 2. † &
iunc., mortuo delegante, non expirat ju-
risdictio delegati, quia res non est integra.
c. relatum. & cap. licet ext. de off. delega-
tus, mortuo delegante ante citationem,
& re integra, regulariter expirat jurisdictio
delegati. d. cap. relatum. ubi etiam Abb.
num. 6. & cap. licet. de off. deleg.

Propterea, ut expensis parcatur; & ne
negotia in omnibus mundi partibus, in
quibus delegationes Apostolicæ transmis-
tuuntur, differantur, quilibet Papa † cristi-
no die assumptionis suæ ad Summi Aposto-
latus apicem, quo Regulas Cancellariae nu-
cupatas edit, per peculiarem constitutionem
inter alias regulas connumerata, omnes,
& singulas à prædecessore suo intra annum
ante diem obitus ejus concessas gratias, vel
justitiae litteras, temporibus debitissimis eorum
executoribus non præsentatas, omnino re-
validat, & in statum pristinum in quo ante
fuerant, vel pro quib⁹ erant obtentæ, quo
ad hoc plenarie restituit, ac decernit per
executores prædictos, vel ab eis subdele-
gandos, perinde ad illarum executionem
procedi posse, & debere, ac si executio hu-
jusmodi temporibus prædictis inchoata
fuisset;